



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 48. Idem altera die certamen redintegrare paratus, sed ab aliis absterritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

igitur Guisus loco, in quo certatum est, Sæcul. X^o.
A.C. 1562.
potitus esset, ac tormenta insuper qua-
tuor campestria signaque cepisset, quin
victoria penes Regium exercitum re-
terit, dubitari non potuit.

§. XLVIII.

*Archithalassi consilio de certamine
altera die restaurando reliqui
Belliduces obluctati.*

Hic demum fuit successus Drocensis
prælii, quod die decima nona De-
cembri commissum est, in quo Blainvil-
læ, aliisque vicinioribus locis magis
præclara fortitudinis specimina utrin-
que fuere edita, præcipue vero magis
singulare fuit, quod nulla velitatione ab
initio fuerit certatum, quamvis uter-
que exercitus per horam cum dimidia in
conspectu fuerit, sed statim totis viribus
concursum sit, atque utriusque exer-
citus Duces capti abstraherentur, nec
non tam Catholici, quam Calvinistæ,
etsi ambo fuerint devicti, servatis tamen
ordinibus denuo suas copias college-
runt, nullaque difficultate ex pugna in-
tutum sese receperint. Eodem die Co-
linius finita cæna, ut ambiguum magis
victoriam redderet, Germanos hortaba-
tur, ut altera die summo mane rursus
pugnam redintegrarent, pollicitus, eos,

*Thuan. l. 34.
Varillashist.
Charl. IX.
tom. 1. l. 4.
p. 379.*

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

si id facerent, certam procul dubio victoriam reportaturos esse, eo quod Catholicorum exercitus duos præcipuos Duces suos amisisset, ac hostili equitatu ferme penitus dissipato Helvetii, præcipuum exercitus robur, plane profligati essent: cum autem Germani caulerentur, eorum equos potissima ex parte vulneratos, ac soleis destitutos, nec non laboribus fractos, insuper etiam illorum carros, quos tamen colligere necesse foret, huc, illucque dispersos, præcipue tamen pulverem pyrium, globosque deesse, itemque sclopetos fuisse amissos, hinc honorificum hoc iuxta ac salutare consilium, quale & ipsi agnoscebant, in irritum cecidit, nec ultra quicquam motum est.

§. XLIX.

Utrique occisorum numerus.

Thuan. l. c.
Pop. l. 19.
Mem. de
l'Etoile
tom. 1. p. 8.

Porro occisorum numerus utrinque circiter ad octo millia ascenderat, ita ut inter utramque partem æquali ferme numero victoria, cladesque steterit. Ex Catholicis præter Marescalum Santandreamum in eorum exercitu inter Belliduces nobilitate generis clariores cæsi fuere Montbrunii Conestabilis Filii, Givryus, Annebaldus, atque ambo Brossii tam Pater, quam Filius, Gilbertus Belcarius Merensis Episcopi